

**Disputatio medica inauguralis de rubeola : quam, ... pro gradu doctoris, ...
eruditorum examini subjicit / Thomas Wilson.**

Contributors

Wilson, Thomas, active 1795.
University of Edinburgh.
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Edinburgi : Excudebat Adamus Neill cum sociis, 1795.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/qvcbcxmb>

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.


You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

9





DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

RUBEOLA.

DISPUTATIO MEDICA

IN VENERABLE

DE

RUBRO

DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS
DE

RUBEOLA;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, SS.T.P.

ACADEMIAE EDINBURGENAE PRAEFECTI;

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu, et

Nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ Decreto;

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit

THOMAS WILSON,

ANGLUS:

SOCIET. CHIR. MED. SOC. HON.

SOCIET. PHYS. SOC.

Ad diem 12. Septembris, hora locoque solitis.

EDINBURGI:

EXCUDEBAT ADAMUS NEILL CUM SOCIIS.

M DCC XCV.

DEPARTMENT OF MEDICINE

INTERNAL MEDICINE

REPORT

1887

OF THE

AMERICAN MEDICAL ASSOCIATION

FOR THE YEAR 1887

AND THE

PROCEEDINGS

OF THE

ANNUAL MEETING

HELD AT

CHICAGO, ILL., SEPTEMBER 1-10, 1887

AND THE

PROCEEDINGS

OF THE

ANNUAL MEETING

HELD AT

CHICAGO, ILL., 1887

AND THE

PROCEEDINGS

OF THE

ANNUAL MEETING

HELD AT

VIRO EXIMIO
FRANCISCO HUMBERSTON MACKENZIE
DE SEAFORTH,
COHORTI PEDITUM SEPTUAGESIMÆ OCTAVÆ
PRÆFECTO ;

QUI, GENERE ILLUSTRIS,
VIRTUTIBUS ILLUSTRIOR,
DIGNITATEM SINE INVIDIA SUSTINET ;
LIBERALIUM SCIENTIARUM AMANTISSIMO,
BONARUM ARTIUM FAUTORI STRENUO,
HUMANI GENERIS AMICO ;

DISPUTATIONEM HANC INAUGURALEM,
TAM OB INNUMERA BENEFICIA COLLATA,
QUAM OB AMICITIAM
QUA SE NUNQUAM NON DIGNATUS EST,

D. D. CQUE

AUCTOR DEVINCTISSIMUS.

VIRI EXIMII

FRANCISCO HUNTERSTON BLACKBURN

DE SEPTUOR. N.

CONORIT FRUITUM SEPTUAGINTAE OCTAVI

TRICEPTIO

QUI FERRE ILUSTRI

VIRITUTIBUS ILUSTRI

MONITARIUM VIRI INVIDIA SUBTINET

LIBERALIUM SCIENTIAM AMANTISSIMO

PERHARM ANTIUM TAVOTI ETHERNO

HUMANI GENIUS AMICO

DISTANTIONEM HANC INACCOMMODARE

JAM DE INVENIRE BENIGNA COLLATA

QUAM DE AMICITIAM

QUA SE INVENIUNT NON DICENDUM EST

A. D. 1802

ALBERTO DE VINCITIMUS

DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

RUBEOLA.

QUONIAM leges hujus inclytæ Academiæ ab omnibus, qui summos honores in medicina petunt, specimen scientiæ medicæ exigunt, his legibus obtemperaturus, quædam de Rubeola scribere statui, morbo certe haud parvi momenti, quippe cum vix quispiam hominum est quin vel semel sic laboret ante legitimam ætatem.

DEFINITIO.

CULLENUS, nuper Professor celeberrimus noster, morbum de quo tractamus sic defini-
vit, “Synocha contagiosa, cum sternutatione,
“epiphora, et tussi ficca, rauca. Quarto die,
“vel paulo ferius, erumpunt papulæ exiguæ,
“confertæ, vix eminentes, post tres dies,
“in squamulas furfuraceas minimas abeun-
“tes.”

HISTORIA.

Medicis seculorum mediorum Rubeola primo innotuit. Morbus enim hic principio in ÆGYPTO, et in locis ARABIÆ interioribus, finem versus seculi sexti, vel initio septimi, comparuit; atque ex his terris, cum armis

SARA-

SARACENORUM progrediens, vel cum commercio mercatorum diffusus, per HISPANIAM, et deinde per totas EUROPÆ partes, vagatus est. Morbus procul dubio admodum contagiosus est, et quandoquidem neminem secunda vice afficit, ætatem teneram præcipue adori-
ritur.

Quanquam autem Rubeola in quælibet anni tempora cadere potest, mense Januario plerumque, vel ad plurimum vernis temporibus, ingreditur, circa æquinoctium vernum maxime grassatur, et mense Junio fere penitus evanescit. Incipit horripilatione, cum calore et frigore vicissim alternantibus; his superveniunt febris continua, fitis, appetitus prostratus, calor intensus, lingua arida, raro ficca, tussis molestissima, capitis gravedo, somnolentia, coryza, et sternutatio frequens. Oculi scintillantes humorem tenuem distillant, facies rubescit, palpebræ tument. Vomitus sæpe adest, sæpius vero diarrhœa.

Quarto

Quarto circiter die, plerumque, maculæ parvæ, rubræ, in facie erumpunt, morsus publicum æmulantes, quæ, auctæ numero et mole, coalescunt, et maculas majores, forma et magnitudine varias, constituunt. Hæ maculæ tactu, sed non visu, supra cutem eminere percipiuntur. Postea papulæ fimiles per pectus, ventrem, brachia, crura, ac femora, sparsæ, apparent: tamen in his locis non ita distinctæ sunt, neque in altum adeo efferuntur.

Eruptis papulis, nausea et vomitus plerumque cessant, aut saltem mitescunt, sed febris intenditur, tussis augetur, et spirandi difficultas; epiphora etiam et cephalalgia, capitisque gravedo, adhuc durant.

Tumor faciei sexto ut plurimum die subsidere incipit, maculæque minus coloratæ fiunt: in corporis autem partibus reliquis, maculæ adhuc latissimæ, ac ruberrimæ, apparent.

Octavo

Octavo die maculæ faciei evanescunt, et perpaucae in aliis partibus conspiciuntur.

Nono die penitus visum fugiunt, cutis faciei, nonnunquam et totius corporis, quasi farina conspergitur, cuticula etiam rupta squamis furfuraceis decedit.

Febris et tussis in hoc stadio morbi aliquando mitigantur, et ægrotus cito convalescit, sæpius autem hæ intenduntur, nam hoc peculiare habet Rubeola, quod maculis evanescentibus, debito quamvis morbi tempore, febris increseat, tussis augeatur, et respirandi difficultas, imo et sæpe peripneumonia sequatur*.

Diarrhœa aliquando morbo supervenit, aliquando molestissima fit, et per plures hebdomadas perstat; inde subsequuntur nonnunquam abdomen tumidum, et maxime tensum, corporis

* VAN SWIETEN.

corporis reliqui summa macies, tandemque tabes exitiosa.

Hic morbi cursus regularis vel ordinarius est, quem clarissimus SYDENHAMUS tam accurate descripsit; interdum vero decursus minus regularis est, et symptomata graviora comitantur.

Pustulæ nonnunquam citius, nonnunquam serius multo apparent, et sæpe artus, et truncum corporis, primo occupant. Aliquando veli penduli palati, et tonsillarum, affectio inflammatoria comitatur. Aliquando maculæ supra cutem surgunt, pustulis variolarum similes, et secundo morbi die cernuntur*. Nonnunquam evanescentibus papulis cuticula non desquamatur. Interdum maculæ derepente retrocedunt, et mox subsequuntur præcordiorum oppressio, ægrimonia in pectore, et delirium.

Aliquando

* Vid. Edin. Med. Essays, tom. 2.

Aliquando diathesis putrida hunc morbum comitatur, ubi major debilitas, et oculorum inflammatio plorans, adfunt, cum capitis gravitate maxima, et febris ardente, maculis secundo die per totum corpus erumpentibus, ingravescente tussi et ophthalmia. Tum de calore admodum intenso, et inquietudine corporis, cum anxietate, æger conqueritur. Nil ex pectore excreatur. Respiratio perquam difficilis est, cutis sicca, lingua arida, plerumque fusca et squalida, cum siti insatiabili. Fauces colorem violaceum et subatrum ostendunt. Pulsus parvus, frequens, raro plenus, et debilitas maxime urgens, adfunt. Post dies quatuor vel quinque, vel paulo serius, eruptio, calor, et inflammationis signa alia, evanescunt; exulcerationes ferè insanabiles oculorum superveniunt, sitis plerumque cessat, symptomata autem cætera augmentur, et, cum pulsu velocissimo, debili, inæquali, summaque debilitate subsequente, et præsertim si in hoc stadio

dio morbi diarrhœa adfit, delirio superveniente, mors cito finem vitæ imponit *.

DIAGNOSIS.

Morbi qui Rubeolam maxime simulant, catarrhus, miliaria, variola, varicella, et scarlatina, sunt. De his in ordine dicam.—Impri-
mis de Catarrho.

Cum symptomata catarrho propria, rubeolæ communia etiam sint, discrimen inter hos morbos, priusquam maculæ eruperint, haud ex facili patet. In catarrho autem plerumque symptomata omnia mitiora sunt, febris non tam vehementer ardet, neque ægrimonia in pectore, nec spirandi difficultas, adeo tantum ægrotum opprimunt; neque est tussis tam arida, nec rauca, in hoc quam in isto morbo. Confiteor planè inter rubeolam et catarrhum
contagiosum,

* Vid. Clar. WATSON Med. Obs. Lond. tom. iv.

contagiosum, ut anno 1782 comparuit *, primis morbi diebus, me vix distinctionem ullam certam invenire : respicienda est aëris constitutio, et morbi epidemici grassantis natura, ex quibus morbi genus optimè cognoscatur : eruptis vero maculis non amplius causa dubitandi erit.

In miliaria, papulae in facie nunquam cernuntur : serius multo, quam in rubeola, erumpunt : citius retrocedunt : fudor etiam olidus adest, absque tussi vel sternutatione.

A variola et varicella, rubeola facile discriminetur. Si excipias eruptionem, nullum symptomata commune habent. Licet enim in variolis confluentibus, facies prima eruptionis rubeolae simillima sit, symptomata alia communia tam valde discrepant, ut, si animus his

B advertatur,

* Vid. Med. Communicat. vol. 2.

advertatur, distinctio inter hos morbos haud difficilis fuerit.

In febre scarlatina, neque coryza, neque epiphora, est. Maculae citius quam in rubeola apparent, majores, latioresque, cum rubore universo per faciem et totum corpus diffuso, cernuntur. “ In febre scarlatina, uni-
“ versa cutis maculis parvis, rubris, interstin-
“ guitur, quæ tamen et crebriores et latiores
“ sunt, et magis rubent, neque adeo uniformes
“ sunt, ac maculae illæ quæ morbillos con-
“ stituunt *.” Cutis compressa albescit. Tussis aliquando, sed non necessario, scarlatinam comitatur. Ita opinatur WITHERINGUS hujus morbi narrator fidelissimus: “ I confess
“ to have met with one case of the scarlatina,
“ in which a troublesome cough arose upon
“ the seventh day, and disappeared on the
“ tenth; but in the measles it is a leading
“ symptom,

* Celeb. VAN SWIETEN. tom. ii. pag. 401.

“ symptom, and continues not only during
“ the eruptive fever, but for many days after-
“ wards *.”

P R O G N O S I S.

Hanc in *propitiam* et *infaustam* dividemus.

Propitia.—Quando rubeola mitis est, et regularis, symptomatis ordinem solitum servantibus, si perite tractetur, brevis et faustus morbi finis sperandus est. Verbis SYDENHAMI experientissimi “ omni prorsus periculo vacant morbilli si modo perite tractentur †.”

Quo citius erumpunt maculæ, eo fere mitior morbus; tutissimus vero, ubi pustulæ nimium ruboris non habent †. Si, quarto ab eruptione

* WITHERING. on the Scarlet Fever.

† SYDENHAM. de Morbillis. † Illust. MEAD.

eruptione die, ritè desquametur cutis, non est quid timendum *.

Infausta.—Ubi morbus mali moris est, cum symptomatum concursu irregulari, vel febre typho comitante, finis incertus et sæpe exitiosus erit.

Rubeola pustulosa magis exitialis est quam regularis, quæ in altum non agitur.

Malum est, ubi ingens accedit febris, vehementisque spirandi difficultas, et inquietudo corporis, et multa fitis, et infirmæ vires, adfunt.

Ubi maculæ pallescunt, aut livescunt, eventus pessimus timendus est: imo “ morbilli livescentes plures quam ipsæ variolæ necant †.”

Cum

* HUXHAMUS. † Ibid. de Aëre et Morb. epidem.

Cum maculæ derepente, ante tempus morbi debitum, rursus occuluntur, ægroti plerumque pereunt. Si, pustulis abeuntibus, ullo morbi tempore, subsequantur oppressio præcordiorum, cum spirandi difficultate, febrique adaucta, metuendum est ne superveniant peripneumonia et delirium.

Diarrhœa mitis sub initium, vel finem morbi, haud signum malum est. Salivationes etiam moderatæ non sunt timendæ. Verbis HOFFMANNI, “Diarrhœa et salivationes nimia, incongruo morbi tempore, abortæ, statum pejorem afferunt, licet moderatæ hæ evacuationes, si in principio et fine morbi critice incidunt, plus plerumque profint quam obsint *.”

C A U-

* HOFFMAN. Illust. de Morbillis.

C A U S Æ.

Minime disputatur apud Medicos de rubeolæ causa. Inter omnes constat hunc morbum ex contagio quodam speciali oriri : transmissio frequens morbi ad astantes et ad totas familias, istam sententiam satis comprobat ; modusque etiam, quo per urbes et regiones vagatur, eandem demonstrat. Quæ vero sit istius contagii natura specialis, vel qua ratione contagium hoc morbum suum proprium efficiat, nobis omnino sunt incognita. Causæ morborum multiplices sunt, plerumque obscuræ, interdum inscrutabiles ; contagiorum autem variorum in corpus humanum effectus varios quotidie videmus. Neminem plus una vice adoritur rubeola ; licet igitur ex eo inferre, in corpore humano aliquid a partu usque inesse, contagii actioni favens, et hoc, quicquid

quid sit, *causam prædisponentem* vocamus. Pars quædam sanguinis, vel fluidorum aliorum, forsan est, quæ, quasi fomes, contagio subseruiat; forsan in *systemate nervoso* aliquid inest huic potentiæ obnoxium, quod, post morbum passum, aut mutatur, aut fugatur, adeo ut postea iners omnino evadat.

Infantes et pueri, magis quam senes, rubeolæ sunt expoliti, quia fortasse fomes in hac ætate tenella plus abundet; forte ex forma debiliore; probabile enim est, quo debiliores vitæ vires fuerint, eo facilius vi contagionis corpus esse succubiturum. Quamvis etenim omnes, et juvenes et senes, robusti infirmique, his potentiis proclives sint, tamen certum est, omnia, quæ vitæ vires subducunt, et absumunt, homines morborum aggressioni magis obnoxios reddere. Quandoquidem porro morbus per longum tempus quiescere videtur, aliquando sparsim vagari, aliquando per regiones totas propagari,

propagari, proinde non abfimile est, contagium hoc effœtum, vel innocuum fore, ni alia nefcio qua causa, adjuvaretur, vel excitaretur. Et hanc medici fere omnes in conditionibus aëris quibusdam quæfiverunt, minime dubitantes quin ex his *causa remota* morbi oriretur.

Procul dubio aëris qualitates variæ morborum multorum causas efficiunt; nam, quibusdam anni temporibus, quidam morbi propagantur, nunc longe lateque diffunduntur, omnes contagione prostermentes; nunc impotenter lenteque serpunt, quasi pabulo carentes, paulatim dormiunt, seu penitus cessant. Sic HOMIUS, Materiæ Medicæ noster Professor celeberrimus, dicit: “ Quædam miasmata mor-
“ bifica, uti variolarum et morbillorum, alia-
“ rum regionum indigenæ, per aërem propa-
“ gantur, sese in corpore humano multipli-
“ cant, iterumque viribus auctis exeunt ad
“ eosdem

“ eosdem morbos propagandos, aliquando ma-
 “ gis, aliquando minus, secundum aëris, et
 “ corporum dispositionem agunt, sed nun-
 “ quam omnino debellantur *.” Hæc etiam
 HUXHAMI sagacissimi sententia fuit : “ Atqui
 “ nisi una conspiret, contagium fovens, aëris
 “ constitutio, sæpe vel intra unum, alterumve,
 “ domicilium, in ipsis quasi extinguatur mor-
 “ bus †.” Non disputatur igitur, vel atmo-
 sphæræ vel cœli, conditiones quasdam, ad
 miasmata morbifica propaganda, necessarias
 esse ; nequaquam vero consentitur in qua qua-
 litate speciali id reperiatur. Hoc jacet in te-
 nebris adhuc, et semper fortasse jacebit. Hu-
 jus investigationi HUXHAMUS multam operam
 dedit, sed parum profecit. Multum etiam la-
 boravit SYDENHAMUS, qui dicit, “ Quamvis
 “ autem diversas diversorum annorum habi-
 “ tudines quo ad manifestas aëris qualitates
 “ maximâ qua potui diligentiam notaverim, ut

C

“ vel

* Cl. HOMIUS Prin. Medic. sect. iii. pag. 7.

† HUXH. de Aëre et Morb. epidem.

“ vel exinde causas tantæ epidemicorum vi-
“ cissitudinis expiscarer, me tamen ne hilum
“ quidem hæcenus promoveri sentio, quippe
“ qui animadverto, annos, quoad manifestam
“ aëris temperiem, sibi plane consentientes,
“ dispari admodum morborum agmine infe-
“ stari, et vice versa *.”

Causa proxima rubeolæ est contagii hujus specialis actio, faventibus causis remotis, in dispositionem corporis prædisponentem; quasi stimulus peculiaris, sui generis, membranas mucosas, et glandulas in his fitas, præcipuè afficiens.

RATIO SYMPTOMATUM.

Observationibus nunc satis constat, materiem quandam contagiosam subtilissimam, per aëra diffusam, pro causa rubeolæ habendam esse.

Ex

* SYDENHAM. de Morbis epidemicis.

Ex hoc fonte rationem symptomatum deducere conamur. Hoc virus stimulans, et acre, membranam mucosam, et eam, Schneideriana dictam, præsertim, partesque alias tenuiter tectas, infestat, et in hoc modo, ut in partes varias agit, symptomata varia ostendit. Cum nasum et oculos afficit, *epiphora*, *coryza*, et *sternutatio*, sequuntur, his enim actionibus excitatis, vis naturæ medicatrix, miasmata morbifica abluere, et fugare, conatur.

Affectis membranis quæ fauces, laryngem, et cavum pulmonum, vestiunt, *raucedo*, ex harum partium ariditate, et *tussis*, ex irritatione continua, superveniunt. Halitus enim blandus subtilisque has partes continuo humectat, et perquam necessarius is est modulationem debitam voci dare; hoc autem exsiccat, vox harmonia caret, et rauca fit. Ubi vero quivis humor acris fauces, laryngem, vel membranam internam pulmonum irritat, secundum leges corporis, *tussim* immediatè excitat,

tat, ad causam irritantem fugandam ; et irritatione perpetuo vexante, tussis, ut in rubeola, continua, et molestissima fit.

Si materies morbifica, per longum tempus, arteriolas, et glandulas, in superficie pulmonum interna, sitas, irritare perstet, tubercula formantur, quæ vasa sanguifera comprimendo, effusiones sanguinis, five ex ruptis vasis, five ex transudatione, faciunt, et hæmoptysin, ulcusculaque etiam quæ mali moris sunt. Inde excretio puris, et ejusdem absorptio, quæ febrim hæcticam, et phthisin veram, inducit.

Omnibus plane apparebit, qui connexionem intimam inter pulmones et superficiem corporis non ignorant, quot et quanta mala haud dubio regressum subitum papularum rubeolæ consequantur. Papulis enim citius, quam oporteat, retrocedentibus, sanguis ad interiora ex partibus extremis dirigitur, oppletisque pulmonibus,

pulmonibus, congestiones, et effusiones subsequuntur, quæ liberum pulmonum motum impedientes, *dyspnœam* inducunt. Si verò vaforum extremorum pulmonum spasmus adfit, cum cordis arteriarumque actione valida, *peripneumonia*, sive pulmonum, vel membranarum, quæ eos vestiunt et ambiunt, affectio inflammatoria, supervenit.

Delirium quoque ex cerebro similiter affecto ortum suum ducit. Nam quâcunque causâ circuitum sanguinis per pulmones impedis, eâdem causâ, recursum ejus ex capite ad ventriculum cordis dextrum prohibes; inde autem faciei suffusiones, cerebri oppletiones, effusiones, delirium, et coma, oriuntur.

RATIO

RATIO MEDENDI.

Ex dictis de causis, historiaque rubeolæ, natura morbi colligenda est. Curationem nunc exequi oportet ;—quam ut melius exponam, ni fallor, utile erit, morbum in stadia tria divisum conspicere. Primum stadium morbum respicit priusquam maculæ eruperint. Secundum, post macularum eruptionem ad cuticulæ desquamationem usque morbum complectitur. Tertium sequelas comprehendit.

Quapropter consilia sequentia adhibenda sunt.

1. Diathesin corporis phlogisticam minuire, et irritabilitatem ejus inordinatam sedare.

2. Symp-

2. Symptomata quædam, quæ morbum exasperant, mitigare, vel amovere, et motum fluidorum ad superficiem corporis dirigere.

3. Reliquiis morbi occurrere.

1. Quandoquidem in rubeola periculum maximum ex dispositione corporis irritabili, vel inflammatoria, oritur, ne quid mali inde eveniat, imprimis cavendum est. HOFFMANNI illustrissimi si verbis utar: “ Qui perniciosus libus his morbis pereunt, ut plurimum, partium internarum ex inflammatione, et subsequente sphacelatione, vel suffocatione, per anginam, et catarrhum suffocativum, moriuntur *.” Prima igitur fit cura bene perpendere, primulo morbo, si intra moderamina justæ vitæ vires retineantur. Ubi morbus mitis est, quem febris non vehemens movet, medicamentis multis non eget. Sufficit ibi administrationem antiphlogisticam adhibere, diluentia

* HOFF. sect. ix. ch. vi. tom. 2.

diluentia tepida affatim propinare, juscula tenuiora, decoctaque ex hordeo, administrare. Hæc nutrimenti satis præbent, sanguinem, et corporis humores alios, diluunt, acrimoniam obtundunt, et leniter, sine calore, diaphoresin promovent. Rectè etiam eodem tempore ægrotus admonetur, ne se actioni frigoris inconsultè objiciat; frigus enim omnia constringit, perspirationem impedit, et humores interiora versus cogit. Caveat nihilominus calorem vitare; calor enim motum fluidorum nimis auget, febrim intendit, et inflammationibus internis viam facilem præbet.

Ubi vero morbus gravior est, opem medici perquam sedulam postulat. Regimen antiphlogisticum accuratissimè adhibendum est. Oportet ægrum in cubiculo, vel etiam in lecto per dies duos tresve se continere, dum symptomata sæviunt. Caveat autem ne cubiculus nimis caleseat, ac ne plus straguli induatur quam frigoris sensum arcere sufficiat.

“ Erum-

“ Erumpentibus morbillis ab aëre frigido ma-
“ didisque sudore indutiis summopere caven-
“ dum est, his enim creberrimè repercutiun-
“ tur exanthemata, neque interea æstuoso in
“ aëre continendus est æger, nec stragulis
“ onerandus, nam et spirandi difficultatem
“ adaugent, et sudores immodicos eliciunt *.”

Calor optimus is erit, quem quinquagesimus quintus thermometri Fahrenheitiani gradus, aut, ad maximum, sexagesimus quintus, indicat. Confugiendum quoque est illico ad remedia efficacissima, quæ sunt, sanguinis missio, refrigerantia, demulcentia, anodyna, epispastica, emetica, et pediluvium.

Sanguinis missio.—Sanguis copiosè detrahendus est, et hæc evacuatio repetenda, modo ferant vires, donec diathesis phlogistica fati minuat. Quo citius mittatur sanguis eo melius. Sanguinis enim detractio præcipuum

D

reme-

* HUXH. de Aëre et Morb. epidem.

remedium est ad dispositionem inflammatoriam corporis minuendam, nil etiam plus potest ad actionem cordis arteriarumque enormem cohibendam, relaxationem enim facit, nimium sanguinis cursum mitigat, et inflammationem adimit.

Refrigerantia.—Ex his, acida, et fales medii, maximè sunt accommoda.

Acida vi sedativa pollent, circuitum sanguinis auctum sedant, calorem imminuunt, sitim levant, urinam movent, et perspirationem excitant. Acidis vegetabilibus et fossilibus præcipuè utimur, priora verò multas ob rationes anteponimus.

Sales medii fluida ad superficiem corporis invitant, quin et strictionem cutis solvunt, perspirationem eliciunt, caloremque abnormem minuunt, alvi solutionem lenem faciunt, et
urinæ

urinæ secretionem movent. Opportunum igitur erit acida, aut vegetabilia aut fossilia cum potu ordinario adhibere, et sales medios, inter quos eminet nitrum propinare. Sic vascula extrema aperta servabuntur, quo exitus facilis maculis erumpentibus præbeatur.

2. *Demulcentia*.—Tussis aliquando admodum severa, molestaque fit, adeo ut neceffè fit severitatem ejus compescere. Huic consilio demulcentia sunt eligenda, et manu liberali propinanda. Hæc linguam, fauces, et partes quas materia acris morbifica nunquam non infestat, illinendo, irritationem consopiant. Materia mucosa vegetabilium, vel olea blanda expressa, maximè in usu sunt. Hæc verò, cum magno fructu, ægroto sub forma eclegmatis, opio conjuncta, adhibeantur.

Opium, anodynis omnibus longe anteponendum est. Nam hoc, licet primò cor et
arterias

arterias ad motus validiores excitat, vi sedativa, etiam et antispasmodica, potitur, quæ viribus ejus stimulantibus longè antecellit. Opiū dolorem fugat, quietem facit, et constrictionem vasorum extremorum solvit: opii proindè usus ad tussim compescendam, non modò tutus, verùm etiam admodùm efficax, et commendabilis est. SYDENHAMUS experientissimus opium ægrotis hoc morbo laborantibus, ab initio ad finem usque, propinandum jussit. Huic sententiæ suffragatur etiam celeberrimus noster CULLENUS.

Pediluvium.—Aqua tepida partes solidas relaxat, et vi sua antispasmodica haud parùm confert. Magnoperè juvat ægroto spasmis et convulsionibus correpto, ante papularum scilicet eruptionem, pedes et crura in aquam tepidam immergere, vel fots tepidos his partibus, per horam unam vel alteram, admoveere, opiique etiam, eodem tempore, dosin amplam porrigere ;

porrigere ; hoc enim modo, ferè, papulæ, absque ægroti perturbatione, eliciuntur.

Simul ac macularum eruptio in facie et superficie corporis totâ apparuerit, symptomata morbi omnia nonnunquam mitigantur. Ubi res sic se habet, reliqua medela citò absolvitur. Sæpius vero malum ingravescit, et curam perquam fedulam exigit. Quoniam autem ex irritatione tussis et derivatione sanguinis ad pulmones, periculum maximum fit, ne congestiones et inflammationes fiant, summa opè nitendum est motum fluidorum ex partibus internis ad externas amoliri. Huic consilio emetica mire profunt.

Emetica, five ad vomitionem ciendam, five ad nauseam solummodò excitandam, propinamus. Meliores vero effectus edunt, experientia propria docente, quum vomitionem plenam excitant, quam ubi meram nauseam efficiunt,

ciunt. Ventrículum enim dum evacuant, et agitant, membranæ mucosæ gutturis, et faucium glandulas, stimulant, et mucum acrem, pituitamque tenacem, detergunt. Emeticum quinetiam, cum opio et sale medio conjunctum, remedium antispasmodicum fit valdè pollens, et multò magis ad superficiem corporis fluida nunc movet. Optimum igitur medicamentum est malum ex pulmonibus et partibus interioribus amovere, tussimque molestantem eodem tempore compescere.

Epispastica in hoc morbi stadio remedia haud parvi momenti fiunt. Multùm disputatur apud medicos de actione vesicatoriorum, five ut stimulantia, five ut septica, five ut evacuantia, five denique ut antispasmodica agant. Ultimæ sententiæ nos favemus. Haud enim ut stimulantia agunt, quia peripneumonias, aliosque morbos inflammatorios sanaverunt; neque uti septica, quia in typho, et aliis morbis

bis

bis putridis optimos effectus ediderunt. Nonnunquam ut evacuantia operationem suam edere, concedo, uti in erysipelate, et in opthalmiâ. Verum ex viribus eorum antispasmodicis, plerumque, plus expecto, quippe cum sine stimulatione vel evacuatione sæpissimè morbos fugant. Utcunque sit disputatio, pro comperto habeo, multum beneficii, hoc morbo laborantibus, hæc remedia afferre, five ut evacuantia, five ut antispasmodica, effectus suos edant. Iis præsertim, qui ob tussiculam molestissimam, ex colluvie acri pulmones irritante, inquietantur, non rarò profunt. Miro autem in modo capitis gravedinem dolorosam tollunt.

Nullum utique symptomata hujus morbi magis infaustum, aut funestum est, quàm pustularum derepentè, ante tempus morbi debitum, retrocessio. HOFFMANNUS, ubi hoc accidit, jubet cathartica quamprimum propinari, et exempla duo eorum usus comprobantia

probantia tradidit; unus ex ægrotis diarrhœa correptus, cum pustulæ subito retrocesserant, brevi convaluit; alter, nullo alvi fluxu superveniente, mortuus est. HUXHAMUS verò nos suadet corpus fricare, et cardiaca idonea porrigere. “ In hoc casu linteis, aut pannis calidis, protinus confricandum est totum corpus, porro atque ad idonea cardiaca coniungendum est *.” Hanc opinionem priori longè anteferimus. Nam, ut antea diximus, vis naturæ medicatrix, una ratione, materiam morbi ex partibus internis ad externas dirigere semper conatur, ubi in corporis superficie, sub forma macularum, apparet, post tempus debitum, in squamis furfuraceis abitura. Si igitur maculæ citius, quam jus est, retrocesserint, humorum confluxus est ad partes internas, et proindè periculum imminet, ne suffocatio, pneumonia, alviq̃ue fluxus, superveniant. Consilia ideoque curandi erunt, vasa sanguifera deplere, et humorum cursum ad superficiem divertere; quod efficiunt emetica,

* HUXHAM. de Aëre et Morb. epidem.

ca, diaphoretica, frictiones corporis, epispastica, et balneum tepidum.

Ubi maculæ violaceæ, aut atræ sunt, aliis etiam debilitatis, aut putredinis, symptomatis comitantibus, curatio altera, et huic prorsus diversa, debet esse. Non minus enim discrepat rubeola putrida a benigna et regulari, quam variola discreta a confluenta. Ad febris naturam ratio habenda est, quæ, synocha similis, ex synocha et typho composita videtur; sub initio morbi, uti synocha, signa inflammationis ostendit, postea autem, et finem versus, vires vitæ imminuuntur, uti in typho. Vehementer porro ad putredinem proclivis est. Cautela ergo maxima meherculè postulatur, ne evitatâ Scyllâ in Gharybdin irruas. Sanguinis detractio cautissimè permittenda. Si urgeant symptomata severiora, quæ inflammationem minitant, semel, forsan, venam secare licet: ne repetatur verò, est religiosè in-

terdicendum. Melius erit actionem cordis arteriarumque inordinatam, et corporis irritabilitatem auctam, acidis libere sumptis, minuire et confopire; aërem in cubiculo aliquantò frigidiorē servando, alvum subindè modicè ducendo; posteaque, cum vires vitæ languescant, cardiaca mitiora, et minus stimulantia, administrando: ad hoc genus pertinent cinchona, amara, aromatica aliaque, quoad effectus, similia. De hac re vero non locus est hic amplius differere. Vide quæ de morbillis putridis scripsit celeb. WATSON, in Observ. Med. Lond. ed. vol. iv. art. xi.

3. Non est profectò morbi consecutio molestior ulla quam *diarrhœa* mucosa liquida, quæ rubeolam sæpissimè subsequitur. Post cuticulæ desquamationem, si superficies arida sit, sine perspiratione insensibili, dejectiones alvi molestissimæ, et creberrimæ, ægrotum haud rarò torquent, nam consensus adeo intimus

mus inter cutem et tubum alimentarium est, ut, illa obstructa, ad hunc humores immediatè irruunt.

Ubi per cutem non penitùs expellatur virus rubeolosum, nec a viribus vitæ ritè subigatur, intestinorum tunicam villosam petit, vasa ejus stimulat, secretionem intendit, et diarrhœam mucosam, coryzæ forsan haud dissimilem, concitat. Hanc sistere nil magis juvat, ut verbis SYDENHAMI utar, quàm venam secare, “ Diarrhœa, quam morbillos excipere dicimus, venæsectione pariter sanatur *.” Ita tamen revera se rem habere pulchrè fatis confirmatur historia quæ sequitur. Juvenis ab INDIA ORIENTALI domum redux dysenteriam ibi passus est, quæ per Biennium usque eum torfit, frustra adversantibus medicis et medicina, quibus utrisque tamen, invicem sæpius mutatis, diu usus erat. Tandem verò, quasi

summa

* SYDENHAM. de Morbillis.

summa miseria omnibus numeris haud absoluta esset, fractis omnino viribus, frequenti dejectione muci, et torminibus ventris tantum non confectus, rubeola, quæ tunc temporis epidemicè grassabatur, correptus ægrotavit; ægrotavit sane, eò tamen, usque tantum (date fidem!) ut brevi penitus convalesceret, liber omnino à dysenteria, liber à rubeolâ. Superveniens rubeola profligavit dysenteriam. Suis sibi viribus exhausta sponte evanuit rubeola. Hujus phenomeni ratio quadruplex est.

1. Dysenteria quippe quæ in vetustatem diu abiit, vasa intestinorum secernentia laxa et debilia fieri indicat, at verò superveniens febris inflammatoria, qualis in rubeola accidit, stimulo suo per omne corpus diffuso, tonum amissum his etiam cum reliquis vasis reddit:—hinc sistitur alvi fluxus, et sedantur spasmi.

2. Con-

2. Confortium quod cutem inter et intestina obtinet, eò committit, ut his affectis illa invicem laboret; hinc dysenteriae ipsius medela absolvitur diaphoreticis, et hujusmodi aliis, quæ perspirationem movent: impedita cutis exhalatio alvum festinat.

3. Musculorum motus, qui diu eodem tenore perstiterunt, sua sponte rarò quiescunt, nisi, aliâ intervenientê causâ, motuum ordo usitatus perturbetur. Hinc forsan rubeola, subverso quem instituerat habitu dysenteria, morbum exulavit.

4. Quin et si revera, ut monet HUNTER celeberrimus, actio duplex in eodem corpore uno eodemque tempore nulla esse possit, in aprico est ratio, quare, approquinquante rubeolâ, evanesceret dysenteria.

Quò

Quò tamen rectiùs et absolutiùs explicatio-
nem attingamus, plures ex his allatis causis,
simul concurrentes, in censum accipi debent.

Quâ verò rationê aliâ, nisi minuendo vim
circumeuntis sanguinis, quæ febrem adhuc ve-
getam sustinet, tollit ejusdem missio diarrhœ-
am, quæ excipit rubeolam, in confesso est, nos
penitus ignorare. Post sanguinis missionem
oportet ea porrigere quæ irritationem intesti-
norum confopiant et actionem eorundem inor-
dinatam compescunt; juvat etiam fluida ad
superficiem elicere.

Ophthalmia.—Huic morbi sequelæ occurre-
re, nil melius est quam oculos à luce per to-
tum morbum defendere, et aqua rosæ frigida,
vel solutione cerussæ acetatæ, subinde lavare.
Si verò nihilominus ulcuscula sequantur, hy-
drargyri præparata idonea, cum oleis vel unc-
tuosis commista, tutum et efficax remedium
evadunt:

evadunt: adhibenda sunt etiam ea quæ alvum ducunt, et humores ab oculis derivant; hæc verò sunt cathartica, et exulceratoria.

Venter tumidus.—Si venter durus et tumidus fit, cum corporis reliqui macie, opportunum erit alvum subinde calomelane movere, et abdomen diu et sedulo fricare. Equitatio insuper quotidiana multum prodest.

Phthisis.—Quando hic morbus rubeolam consequitur, eventus fausti spes parva est; ulcuscula enim, quæ pulmonibus post rubeolam superveniunt, mali admodum moris sunt, et curatu difficilia. Ea adhibenda sunt quæ phthisi maxime prodesse cognoscuntur. De his, administratio antiphlogistica strictissima; lac asininum; equitatio quotidiana, sub cœlo benigno; mutatio cœli frequens; et exulceratio inter costas, optima sunt. Quantum phthiosos curationi conducat mutatio cœli frequens satis superque comprobavit GREGORIUS noster

noſter Profeſſor celeberrimus, in Diſſertatione ſua elegantiffima et utiliffima, *De morbis cœli mutatione medendis*. De exulcerationis inter coſtas uſu, multum olim mihi ſcripſit amicus meus cariffimus, nunquam mihi ſatis lugendus, GULIELMUS KEIR, ſancti THOMÆ NOſocomii, nuper Medicus ingenioſiſſimus—multoſque caſus enarravit ubi eventus lætiſſimos, ex ulceratione lata, et alta, in latere, medicamento cauſtico facta, viderat ; quos ipſi etiam, multiplici experienciâ, feliciffimè comprobavimus.

FINIS.

